

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. X. - An tres sint species reipubl

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

An tres sint species reipubl.

Digreditur
ad explican-
das reipubl.
partes seu
species.

MODÒ in comparatione amicitia cum iustitiâ incidit philosophus in sermonem de partibus reipublicæ, quibus partes amicitia comparavit: siquidem nulla est societas in ciuitate, quæ quodammodo amicitia dici non potest, sequitur ergo nunc proximè nõ inutilis de partib. reipublicæ tractatio, in qua nõ solum optimæ ciuitatis cõstitutiones, sed etiã illarum defectiones & vitia demonstrantur. Hæc ideo fiunt, vt cuius pateat quanta & quam incredibilis sit vis & influenza amicitia in omnes partes vitæ diffusa. Sed quoniã in politicis hanc causam plurib. discussimus, satis erit hoc loco in sequenti tabula summam rei comprehendere.

Distinctio.

Constitu- tio reipub est, in qua principatũ tenent, vel	} Vnus, qui tendit, aut ad	} {	Bonum publicum, & sic est iustus princeps, vnde est re- gnum seu monarchia, quæ optimis status reipubl. in textu dicitur.
			Bonũ priuatũ, & sic est ini- quus princeps, vnde tyrani- nis, quæ pessima ciuitatis cõstitutio in textu defini- tur. Plures

Plat.
publ. ex
ter in fi
latu, qu
pub. lacer
Arist.
bus agit.

Plures
qui sunt
aut

Diuites,
ijdemq;
qui stu-
dent, vel

Pauperes,
qui sese
accom-
modant,
Vel

Bonis communi-
bus, vnde Aristocra-
tia, quæ est per opti-
mos viros. admini-
stratio ciuitatis.

Bonis suis, vnde
oligarchia quæ est se-
ditiosa factio pauco-
rum, penes quos gu-
bernatio reipublicæ
versatur.

Bonis totius ciui-
tatis, vnde censuum
potestas seu timocra-
tia, quæ vulgo resp.
& popularis ciuita-
tis administratio di-
citur.

Bonis priuatis, vn-
de democratia, quæ
est popularis factio
& quasi furor multi-
tudinis.

Opp.

Plato rectè posuit mixtas aliquas constitutiones, rei-
publ. ex istis. ergo rectè non diuisit Arist. Antecedens pa-
ter in statu Venetorum, qui constat ex regno & consu-
latu, qui auctoritatem deponendi ducem habet, si rem-
pub. laceret & depopuletur.

Resp.

Arist. hęc solum de simplicibus ciuitatis cõstitutioni-
bus agit.

Opp.

Opp.

In Aristocratiā maior vis consilij & prudentiæ requiritur: ergo monarchia non est optimus status rei. publ. vt hīc docet philosophus.

Retp.

Non est maior vis consilij, si cōsules assistentes reg. in suo imperio spectes.

An in familia sint expressæ imagines tuā istarum constitutionum in republ.

Familia ciuitati similis.

Sunt, nam si pater præsit filijs, si vir uxori in bonis, vt natura postulat, regni quedā imago & imitatio oritur. Vetus enim est illud, Rex quisq; in proprio dicitur esse domo: si verò sibi non illis consulat in tyrannidem patris regnum commutatur. & sic in reliquis in textu fit per philosophum comparatio.

CAP. XI.

An amicitia regis in subditum sit melior amicitia patris in filium?

NE inanis & otiosa videretur ista de constitutionibus reipublicæ digressio, omnia quæ de illis dixit Arist. ad vsum fructūq; amicitie hoc loco accommodat. Primumq; probat regiam amicitiam in subditos cum paterna in filios aptissimè posse comparari. Hinc patris amicitia quædam veluti monarchia, fra-

fraternitas
sio vinit
velut
tyranni
vt inqu
amiciti
ar metu
ratis)
minu
oratio
minu
obre
terpre
Amicitia
confiden
tur, vel
quoad

Pater
hæc su
mellior

ne esse
patris

Fit